



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è
Societate Jesu**

Giuglaris, Luigi

Francofurti, 1684

Pro hostibus rogati. 70

urn:nbn:de:hbz:466:1-38349

ELOGIUM LXX. PRO HOSTIBUS ROGAT,

Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 19.

Audire semper posuit, sicut fatus dñillans liberta tua.

Hinc ita pauci ad condonandas injurias hoc inducuntur exemplo.

Ita enim solus facere Deus solet. Videns, quia ita clamans expirasset, ait verè filius Dei erat iste.

Inde Hierusalem dicitur accepisse ab eo duplicita pro omnibus peccatis suis.

Vt siis filii Patri vestri, qui solem suum oriri facit super justos, & injustos.

In manus tuas commendando Spiritum meum. Pronus, & ipse ad ignoscendum.

Nova rasio turbavit Orbis in Christi morte. Pater ignoscet illis, quia nesciunt quid faciunt.

Quam dulce tibi guttur mihi JESU, Quod ne felle quidem potatum Amarum quidpiam eructavit!

Habes æternæ vitæ verba vel moriens,

Idioma tamē hoc tuum,

Quia æternæ vitæ est,

Mortalitas nostra non percipit,

Nx tu Filius Dei eras,

Qui irritamentum iracundiae

Occasionem faceres charitatis?

Bene te hominem credere Centurio desit, Cum ita monientem ita exclamantem audivit.

Dies ultionis Domino

Non cujuscunque, sed suæ;

Quæ quia non per odio sed per beneficia fit, Exclusus à terra

Aperite hostibus Cœlum parat

Clementiaæ suæ exemplum

Mundo deesse non ferens

Quando jam Solem suum

Oriri tuper injustos non faceret,

Pluit super illos in Nubilo

Imbrem serotinum Gratiarum.

Prororaturus apud patrem pro quiete Spiritus sui, Dignus Auditore Deo Rhetor

Omnium aptissimo benevolentiam captavit exordio.

Expressit mores ejus in suis,

Et affectiones dum imitatus est, occupavit; Nunquam dignior appellare Deum Patrem,

Quam cum ab ejus indulgentia

Se non degenerem exhiberet.

Auxit commune rerum Chaos Ordinis auctor,

Impune putavit Natura

Possit se a posita sibi lege recedere,

Cum Deus ipse ageret partes planc non suas

Impio-

Impiorum Patronus ex Judice,
 Excusator ex yndice.
 Nesciebant Judæi plane quid facerent,
 Qui ejus urgerent gloriam, quem odissent,
 Et per ipsamet scelera
 Ad innocentiam properarent.
 Movebant capita sua, qui corda debuissent,
 Et nihil meliores interpres operum Dei,
 Quam fuissent ante verborum,
 Quod erat laus patientiæ
 Vitio potentia tribuebant,
 Omnem ultiōnis affectum elementis excusavit
 Tantæ lenitatis Auctoritas;
 Vel ipsam dissidii speciem
 Luna Soli opposita horruit;
 Mitiora consilia te audito
 Iratum Cœlum concepit;
 Quia quem tu non condemnatis,
 Nemio condemnat.

*Movebant capita
sua, & dicebant,
Vah qui destruis,
&c.*

*Si filius Dei est, de-
scendat de Cruce, &
alios salvos fecit, &
seipsum non potest
salvum facere.*

*Erat Luna in opposi-
tione, ut pote in
plenilunio.
Quare terra, & co-
lum non perdiderit ea
die humanum genus.*

ELOGIUM LXXI.

DISCIPULUM MATRI, SPIRITUM
 PATRI COMMENDAT,

Ioan. cap. 19.

Deficiente Deo
 Cur Mundus omnino non ruerit
 Causam attende.
 Stabat adhuc MARIA.
 Regendo Mundo potuit basis ista sufficere.
 Describere miraculi magnitudinem voluit,
 Qui eam cum debuisset matrem, mulierem dixit. *Mulier, ecce filius
tunc.*
 Titulo fragilitatis
 Amplificavit insolentiam roboris.
 Imprimere in hominibus
 Mariæ venerationem voluerat.
 Ideo, quia hærent firmius, quæ postrema sunt
 Monita,
 Suprema illius ad homines vox
 Mariæ commendatio fuit.

*Stabat autem juxta
Crucem Iesu Maria,
& discipulus, quem
diligebat.*

*Pothae verba. Ecce
Mater tua, mbit ul-
tra dixit conversus
ad homines,*

G 5

Sc